

Vive modò incolumis, noster dum vivis Amicus,  
Ut vigeant plures, Te mediante, vige.

*Scriptit*

JOH. CONRADUS SULTZBERGERUS,  
Bernegg. in Rheguscis Pastor Ref.

XV.

**A**bdita natura gaudes lustrare, quid ergo,  
Fulgida cæsares fæta videre? Vale!

p.

M. JOH. HENR. FIECHTER, Bas.  
S.S. Th. C.

XVI.

**P**ost tot conflictus jamjam cum laude triumphas,  
Hinc Hygæa Tibi digna brabæa parat.  
Victor adhuc, pergas atræ depellere turbam  
Mortis, sic tandem fama perennis erit.

*Amicitia τικμήλον*

M. JOH. JACOBI RÜDINI.

XVII.

**M**ulta Tibi natura dedit, multa ipse Machaon,  
Multa sed assiduo parta labore refers.  
Multa Tibi quoq; vota darem, ni vena negasset  
Multa: tamen letus singula fausta precor.

V.

JOH. CASPARI BAUHINI,  
*Φιλίασεν.*

XVIII.

**J**am mea Musa veni, laudes cantare jubemur,  
Cujus nunc lauro cingit Apollo caput;  
Pocula Castaliæ fer lymphæ plena liquore,  
Nam sine Castalio lingua liquore riget.  
Quâ parte incipiam laudum, dubitare, tuarum  
Dico, quòd cunctis partibus emineas.  
Herbarum omne genus noscís, noscísque vigores  
Ullarum & florum quos sacra prata tenent;

A 4

Terrarum